Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35145
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

pacifici quoniam filij dei uocabuntur ℣ Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Beati pacifici.
Postea ergo sedit dominus, idest postquam humiliauit se in ciptum factus obediens usque ad mortem. accesserunt ad eum discipuli eius. omnes videlicet in eum credentes. cupientes doctrine eius participes fieri. Vel sessio eius dignitatem magistrij significat. qua sedere magistri est. Accesserunt ad eum discipuli eius tanquam milites et familiares et consilij secretorum illius. Tu.
Beati pauperes spiritu quoniam ipsorum est regnum celorum Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Beati qui esurient et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur ℣ Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati qui. Te deum laudamus
Laud.
Sanctus quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum hijs qui secundum propositum vocati sunt sancti
Reddet dominus mercedem laborum suorum et deduxit illos in via mirabili
Sapiam